

SACREMENT DE CONFIRMATION

1. Le *Veni Creator*

L'évêque entonne d'abord le Veni Creator; on reste à genoux pendant le chant de la première strophe.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita :
Imple superna gratia,
Quae tu creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Digitus Paternae dexteræ
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus :
Ductore sic te praevis
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem
Noscamus atque Filium
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In saeculorum saecula.
Amen.

2. Invocation de l'Esprit Saint

L'évêque, debout et tourné vers l'assistance, fait la prière suivante :

V. Spiritus Sanctus superveniat in vos et virtus Altissimi custodiat vos a peccatis.

R. Amen.

V. Adjutorum ✠ nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

3. Imposition des mains

L'évêque étend alors les mains sur les confirmands. C'est un geste de bénédiction par lequel il communique la grâce.

Oremus. Omnipotens sempiternus Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua et Spiritu Sancto : quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum ; emitte in eos septiformem Spiritum tuum Sanctum Paraclitum de caelis.

R. Amen.

V. Spiritum sapientiae et intellectus.

R. Amen.

V. Spiritum consilii et fortitudinis.

R. Amen.

V. Spiritum scientiae et pietatis.

R. Amen.

V. Adimple eos Spiritu timoris tui, et consigna eos signo Crucis Christi, in vitam propitiatus aeternam. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

4. L'onction du Saint-Chrême

Avec le Saint-Chrême, qu'il a consacré le jeudi saint, l'évêque va tracer le signe de la Croix sur le front de chaque confirmand. L'onction du Saint-Chrême, huile parfumée de baume, est le signe de la pénétration de l'Esprit-Saint, force de Dieu, « Christ » veut dire « oint ». Le chrétien participe à cette onction du Christ. Le témoignage de sa vie répandra le parfum de Jésus-Christ.

N., signo te signo Cruꝑcis : et confirmo te Chrismate salutis. In nomine Paꝑtris, et Fiꝑlii et Spiritus ꝑ Sancti.

Le confirmé répond : Amen.

L'évêque touche la joue du confirmand (c'est un reste du rite du baiser de paix par lequel se terminait la cérémonie) avec les paroles :

Pax tecum.

5. Prière pour les confirmés

Le chœur entonne d'abord l'Antienne suivante :

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

L'évêque reprend :

V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Les confirmés se tiennent à genoux.

Oremus. Deus, qui apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos eorumque successores, ceteris fidelibus tradendum esse voluisti : respice propitius ad humilitatis nostrae famulatum, et praesta : ut eorum corda, quorum frontes sacro Chrismate delinivimus, et signo sanctae Crucis signavimus, idem Spiritus Sanctus in eis superveniens, templum gloriae suae dignanter inhabitando perficiat : Qui cum Patre et eodem Spiritu Sancto vivis et regnas, Deus, in saecula saeculorum.

R. Amen.

6. Bénédiction

En terminant, l'évêque bénit l'assemblée. Jérusalem, Sion, demeure de Dieu, c'est le ciel, c'est aussi l'Église de la Terre qui rassemble ses enfants.

V. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. Benedicat vos Dominus ex Sion, ut videatis bona Jerusalem omnibus diebus vitae vestrae, et habeatis vitam aeternam.

R. Amen.

SACREMENT DE CONFIRMATION

Avant de se retirer, l'évêque fait réciter aux confirmés le Credo, le Pater et l'Ave.